

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. Solvuntur objectiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

2. Suppono secundò. Hoc primum Adæ peccatum, quod erat inobedientia contra præceptum positivum DEI, non comedendi de ligno scientia boni & mali, esse illud peccatum, quod in posteris traducitur. Ita enim constat ex A postolo ante citato Rom. 5. *Per unius hominis inobedientiam, &c.* Et ex Trid. Sess. 5. de pecc. orig. ubi decernitur, peccatum, quo Adam postveritatem nostram fuisse prevaricationem, & transgressionem Divini mandati, pro qua DEUS mortem comminatus fuerat, inobedientia peccatum, &c.

Quæstio igitur est, an hoc peccatum inobedientia fuerit originale, & traducendum in posteris, quatenus erat inobedientia contra præceptum positivum, habens adjunctionem comminationem mortis, vel quatenus erat primum peccatum ipsius, ita, ut si alio quocunque peccato sive interno sive externo iustitiam amiseret, illud æquè fuisset in posteris transmittendum? Negativam tenent Aelenius, Catharinus, Suarez, Amicus, & plures RR. Affirmativa est conformior S. Doctori, quam tenent Gonett, Godoyus, Salmanticensis, & communis Thomistam. Unde fit

3. CONCLUSIO. Inobedientia Adami fuit peccatum originis non precisis quia fuit peccatum inobedientia, sed quia primum, ita, ut si aliud prius peccatum commisisset, etiam per illud totam humanam naturam vitasset.

Probatur clara à autoritate S. D. in 2. dist. 21. q. 2. a. 2. ad 2. dicentis: *Hoc idem, [nempe corruptionem naturæ] etiam sequentia peccata fecissent, si talen naturam [hoc est integrum] invenissent.* Item dist. 33. in fi. in expos litt. inquit: *Quocunque autem aliud peccatum fuisset hoc modo primum, etiam similem effectum habuisset, sive fuisset peccatum operis, sive voluntatis.* Præcipue ad Annibald. in 2. dist. 2. q. un. a. 4. ad 2. *Quocunque peccatum mortale in flatu innocentie commisum fuisset, idem esset secutum, propter hoc quod tota natura humana erat in primis parentibus, & per primum peccatum mortale corruptio gratia facta fuit.*

4. Probatur secundò ratione in adductis textibus indicata. Ideo peccatum inobedientia de facto traducitur in posteris, quia per illud facta est corruptio gratia, & ablatio iustitiae originalis: sed hoc fuisset factum per quodlibet peccatum, quantumvis internum, & sola mente commissum; ergo.

Probatur tertiod. Si Adamus posterior per alterius peccati commissionem non amiseret iustitiam originalem, tunc potuisset illam propagare in posteris: consequens est falsum: ergo. Minor probatur: tum quia non poterat propagare, quod ipse non habuit: tum quia haec propagatio juxta S. Doctoris doctrinam debuisset fieri per vi-gorem instrumentalem existentem in semine; sed hunc non habuisset, siquidem dependebat à gratia & iustitia originali, quam peccando amisit.

§. II.

Solvuntur Objectiones.

5. Objic. Illa, quæ dependent à sola voluntate DEI, non nisi per S. Script. Concilia, & Patrum testimonia nobis innotescunt, quemad-

modum Thomistæ in Tract. de Incar. argumentantur: sed S. Script. Concilia, & Patres non loquuntur de ammissione iustitiae originalis, & transmutatione malitia propter quocunque peccatum, sed propter peccatum inobedientiae in comminatione fructus prohibiti: ergo non propter aliud quocunque peccatum fuisset in posteris transfundenda malitia peccati, & perdenda iustitia originalis. Minor probatur, quia decretum Divinum de ammissione iustitiae originalis pro se, suisque posteris Adamo indicatum solidum continetur in illa comminatione, *Quicunque die comedieris, morte morieris;* quæ comminatio, ut paret, soli comminationi de ligno vetito fuit conjuncta. Neque Concilia & PP. alias causam peccati originalis, quam inobedientiam Adami allegant.

Confirmatur 1. Illud solum peccatum fuit causa transmutationis culpæ originalis in posteris, quod fuit causa, ut morte corporali morerentur: sed hoc fuit solum peccatum comminationis, quia nulli alteri peccato fuit adjuncta comminatio, & pena mortis.

Confirmatur 2. Leges odiosa sunt restringendas: sed lex de ammissione iustitiae, & transmutatione peccati in totam posteritatem est odiosa: ergo est refringenda ad solum peccatum, de quo DEUS in S. Script. mentionem facit, non ad alia excedenda.

Confirmatur 3. Illud solum peccatum Adami potuit transfundiri in posteros, quod fuit peccatum capitii, non quod fuit peccatum personæ: sed sola comminatio fructus prohibiti fuit peccatum capitii: ergo. Minor probatur: Adamus non habebat ex sua natura, ut esset caput morale totius generis humani, sed solum ex pacto, seu decreto Divino: sed hoc ut autem dictum, tantum erat de non comedendo de ligno scientia boni & mali: ergo solum circa obseruantiam, vel transgressionem hujus præcepti Adamus habebat rationem capitii: alia vero quæcumque peccata tantum fuissent peccata personæ.

Confirmatur 4. Si primum Adæ peccatum fuisset transfundendum in posteros, tunc non tam peccatum inobedientiae, quam superbia & gula transiret in posteros: sed hoc est contra Script. Concilia, & PP: ergo. Sequela probatur. Pridie peccavit Adamus inordinato appetitu scientia, & similitudinis cum DEO, quam Serpens promiserat, nec non inordinato appetitu fructus, quem viderat pulchrum & delectabilem ad vestendum, quam comedenter de illo fructu: ergo: si primum peccatum fuit peccatum originalis, illud potius fuit peccatum superbiae, & gulae, quam inobedientiae.

Respondeo, distinguendo minorem, Script. & Conc. & PP. loquuntur de transmutatione peccati propter inobedientiam, tanquam causam unicam de facto positam, & primum peccatum Adami, concedo: tanquam causam unicam possibiliter hujus transmutationis secundum praesentem rerum ordinem, & in casu, quo aliud peccatum fuisset primum, nego: ergo solum peccatum Adami poterat esse causa transmutationis de facto, ex suppositione, quod fuerit primum, concedo: de possibili, & ex suppositione, quod aliud ipsius peccatum esset primum, nego consequentiam.

Ad

7. Ad probationem etiam distinguo minorem. Comminatio mortis incurrenda fuit conjuncta soli cometioni de ligno verito explicitè, concedo; implicitè, nego. Fuit enim ipsi conjuncta, quatenus erat transgressiva mandati. Unde à fortiori etiam non quidem explicitè, sed tamen implicitè fuit conjuncta transgressioni mandatorum naturalium & Divinorum, qua forius ligabant. Ita habet S. D. in 2. dist. 33. in expposito textū. *In hoc ostenditur, quod etiam si alia peccata commisisset, similem panam sustinuerit, quasi à minori ad majus: gravius est enim praeceps praeire legi naturalis, quo prohibetur id, quod in se est malum, quam praeire praeceptum disciplina, quo prohibetur, quod non est malum, nisi quia prohibitum.* Ex quo patet responsio ad primam confirmationem: quia etiam aliis peccatis fuit adjuncta comminatio mortis implicitè.

8. Ad 2. confirmationem, distinguo majorem. Lex odiosa est restringenda ab illis, ad qua intentione legislatoris & ratio legis non se extendit, concedo; ad qua se extendit, nego. Si petas: cur ergo spesialiter & explicitè comminatio mortis fuerit adjuncta cometioni? Respondeo: quia, cum illa de se non esset mala, per adjunctam peccatum debuit innotescere, quod esset mala, & destrutiva justitiae originalis.

Similiter ad 3. confirmationem nego minorem, & probationem distinguo. Decretum Divinum tantum erat de non comedendo explicitè, concedo; implicitè, nego minorem & consequentiam.

9. Ad 4. confirmationem nego sequelam, ejusque probationem distinguo. Adam peccavit peccato superbiae prius naturā, concedo; prius tempore, nego. Nam ipsum peccatum inobedientia initium sumpsi ab inordinato appetitu excellendi, juxta illud Job. 4. *In ipsa initium sumpsi omnis perditio, ideoquā internum peccatum superbiae tanquam motivum in genere causa finalis praecessit, tota tamen peccati malitia consummata fuit in actu externo inobedientiae comedendo fructum prohibitum.* Unde adhuc primum completum Adamus peccatum, quamvis ex variis malitiis partialibus conflatum, fuit peccatum inobedientiae.

§. III.

Corollaria.

10. Inferes ex dictis primò: Alia peccata Adami, quæ post primum lapsum forte commisit, aut commisisset, non transire in posteros: siquidem non sunt amplius peccata capitii, sed persona, 11. Inferes secundò: Eva peccatum, quantumvis præcesserit peccatum Adami, non tamen nocuisse, aut fuisse nocitum generi humano per transmutationem sui, si Adam non peccasset; siquidem non Eva, sed Adamus fuit constitutus caput generis humani: unde ipsius peccatum non erat peccatum capitii.

Nec officit, quod Ecclesiastici 25. dicitur: *A muliere initium fallum est peccati; hoc enim intelligentium de inicio occasionis & suasionis, non*

de principio transmutationis, docet D. Th. i. Cor. 15. l. 3. & in 4. dist. 1. q. 2. a. 2. quadiuncula 4.

Inferes tertid. Siqui liberi ex Adamo ante ipsius lapsum fuissent concepti, vel genui, illos fuissent accepturos justitiam originalem, neque ex Adami lapsu inficiendos; quia fuissent genui ex semine habente vigorem productivum justitiae. & Adamus respectu illorum ratione tammodo hominum habuit rationem moralem capitatis, qui adhuc in ipsius lumbis continebantur, & via naturalis generationis ex ipso propagaverantur.

Inferes quartid. Etiam si peccatum inobedientia in sola interna voluntate Adami permanesisset, & non processisset ad opus externum, eodem modo fuisset propagandum in posteris, sicuti modò est propagatum, cum Adamus comedendo de fructu prohibito inobedientiam opere externo complevit: quia opus externum habet suam malitiam ab actu interno, per quem secundum primum dicta Adamus suam innocentiam perdidisset.

Inferes quintid. Peccata proximorum parentum non transfundi in posteros, unde si Adam in justitia perseverasset, peccante Caino ipsius filii non contraxissent originale peccatum, prout colligitur ex Apost. ad Rom. 5. *Vnde Iohannes Adam tanquam capitii de illo multi mortui sunt, & pro inobedientiam unius peccatores confituntur sunt mortui.* Unde D. Antelmus lib. de Concept. Virg. c. 23. *Quoniam nullus post Adamum potuit filius suis justitiam servare, nullum video rationem ex proximorum parentum peccata filiorum debentur animabus imputari.*

Sed opponitur difficultas textus ex D. Th. q. 5. de malo a. 4. ad 8. *Si aliquis ex posteri Adam peccasset, eo non peccante, morevere quidem proper suum peccatum actualē, sicut Adam mortuus fuit; sed posteri eius moreverentur proper peccatum originale.*

Respondent aliqui, hanc sententiam hic a. 4. fuissent retractata. Gonett existimat, opinionem D. Thomæ fuisse, quod DEUS, si noluisset Adam peccatum permettere, alium ex posteri Adam constituisse pro capite morali fuerum defecientium, sicque posteri proper originale peccatum fuissent mortui, de quo tamen nihil certi.

Inferes sextid. Si quis hominum ex humana carne miraculose formaretur, adinstar Eve, ita ut per seminalem propagationem non descendatur ex Adamo, non contracturus labem originariam: tunc enim, inquit S. D. h. c. 4. ad 3. *Eisti in Adam secundum corpulentiam substantiam non secundum seminalem rationem: quod eriameret debet ad eum, qui nascereetur miraculose solo semine, aut sanguine mulieris: tum quid illud in plurim sententia tantum passivè, tum quod saltus minus principaliter concurat ad generationem prolis.* Secundum dicendum de proprie, quæ ex solius viri semine ad matrem multo latè conciperetur, tunc enim verò orum traheret ex Adamo.

DISPU.